



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs**

In quo hæreses & mores Pelagij contra naturæ humanæ sanitatem,  
ægritudinem & medicinam ex S. Augustino recensentur ac refutantur

**Jansenius, Cornelius**

**Lovanii, 1640**

14. De caeteris miserijs humanæ naturæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13650**

## De corpore primi hominis.

## CAPVT XIII.

**N**VNC de primi hominis corpore ejusq; sive bonis sive malis quid senserint Pelagiani, pauca dicenda sunt.

Qua in re dogma eorum capitale fuit & veluti cardo cæterorum. Adam mortalem factum: quod ut plenius exponeretur quomodo dictum esset, addebant declarante Augustino, qui sive peccaret sive non peccaret moriturus esset. Quam clausulam ita interpretatur iocem Augustinus & Concilium Carthaginense, quo dogmata eorum jugulata sunt, ut mors Adamo obventura fuisse significaretur, non peccati merito sed necessitate nature. Mortalitem enim, aiebat Iulianus, caro animalium de nature institutione suscepit, ut significaret, eandem esse carnis humanæ brutorumque rationem. Vnde mors illa corporis communis & naturalis à Pelagio vocabatur. Quam suorum sententiam (qua erat impudentia Iuliani) etiam Augustino impedit: In libris, inquit, quos ad Marcionem edidisti, mortalem Adam factum fuisse professus es. Hanc calumniam Sanctissimus doctor ita acerbam sensit, ut exclamaret: nusquam sic apparuit dolus tuus, & per scientiam damnata conscientia. Non enim distinguebat possibilitatem moriendi à necessitate moriendi. Mortalem enim Augustinus Adamum hæc tenus dixerat, quia poterat mori, poterat namque peccare; non autem quasi nulla etiam iniquitate commissa

Lib. de gestis Pelag. c. 11.

Lib. de heres. Hæres. 88. Cœcil. Carth. canon. 1.

Lib. 1. oper. imperf. cont. Iul. f. 82. c. 89.

In comment. c. 5. ad Romanum. 32.

Lib. 1. oper. imperf. f. 90.

etiam esset nature necessitate ut cætera animantia moriturus. Hoc igitur perniciosum dogma ut tutiori munitione defenderent alia tria in ejus subsidium contra Catholicorum tela commenti sunt: Primum, quod peccatum Adæ ipsam solam læserit & non genus humanum. Alterum, quod infantes nuper nati in illo statu sint, in quo Adam suus ante peccationem. Tertium, quod neque per mortem vel peccationem omne genus hominum moriatur, neque per resurrexerit in omne genus hominum resurgat. In quibus dogmatibus Augustinus totam hæresim confutasse testatur. Ex singulis enim eorum non modo illud de Adæ mortalitate dogma, sed cætera pænè omnia certa quadam colligatione sequebantur. Cæterum primus videtur palam hæc quatuor dogmata professus esse, & quia acerrimo erat ingenio etiam excogitasse Celestius, ut essent quasi basis totius hæresis Pelagianæ. Nam & illi solent ab Augustino peculiariter tribui: & quinquennio antequam Pelagius hæresis accusationem pertulisset Celestius ita mordicus ea tenuit ac professus est, ut ipsemet Dogmatine damnari, quam damnare illa maluerit. Cum vero eadem fuissent obiecta Pelagio, ut refert Augustinus, quod ea cum Celestio etiam ipse sentiret, b scio licet corde, sine ulla tamen retractatione damnavit.

Lib. de gestis Pelag. c. 11.

Lib. de pecc. orig. 3. c. 4.

Lib. de pecc. orig. c. 4. c. 10.

Lib. de pecc. orig. c. 10. c. 106.

Lib. 1. oper. imperf. cont. Iul. f. 89.

## De cæteris miserijs humanæ nature.

## CAPVT XIV.

**V**T mortem ita & cætera magno numero mala quibus natura humana atteritur in hac vita, non tantum nobis, sed primo homini naturalia fuisse, fateri cogebantur. Fateri, inquam, nusquam enim hoc in eorum doctrina expressum video, sed ex doctrinæ Pelagianæ principijs necessario connexum religatumque sequebatur. Omnium enim malorum corporalium terminus atque apex mors, ad quam cætera non nisi viam ancillando parant: quam si caro hominis ut cæterorum animalium de nature institutione suscepit, profecto & omnes carnis ægritudines atque miseria, quarum ex mortalitatis conditione est capax. Vidit hoc & expressit acriter contra Iulianum Augustinus: Mortem vos homini, etiamsi non peccasset, dicitis naturaliter fuisse venturam. Vnde sequitur, ut non solum illam imperiosam libidinem quam noniam delectamini, verum etiam molestissimam febrem cæterosque innumerabiles morbos quibus videmus afflictos parvulos, mori, in paradiso futuros fuisse dicitis etiamsi nemo peccasset, quia nec ullius peccati merito hæc perpeti parvulos dicitis. Ex quibus sententiarum paradoxis, nova sanè & mira nascebatur paradisi Pelagiani facies, ubi cum tantis malis etiam beatitudo consideret. En eum graphicè depictum & derisum ab Augustino: Cogitis implere paradysum etiamsi nemo peccasset dolore parturientium, labore nascentium, gemibus languentium, foveribus morientium, maxore lugentium. Quid igitur mirum si & de ipso paradiso quod est Ecclesia, foras istis, qui paradysum illum, de quo foras ierunt, qui nos in istis miserijs peccando miserunt, talem fecistis, qualem non dico Christianorum nullus, sed nec hominum quisquam suspicari audeat si non sit insanus. Quod ce dolore parturientium affert Augustinus ingenue agnoscit ille fidelis Pelagianismi interpret autor questionum veteris ac novi Testamenti, vult enim modicum doloris in partu mulierem fuisse habituram, amplificatum vero fuisse peccato. Itemque Adamum non ad labores esse damnatum, sed ad id revocatum ad quod fuerat factus, & ad institutum pristinum cum laboris dispendio, ut terra eisecundum laborem minime responderet. Quæ temperamenta à posterioribus Pelagianis vel abrepta vel excogitata sunt.

Ita Iul. lib. 1. oper. imperf. cont. Iul. f. 82.

Lib. 2. oper. imperf. cont. Iul. in fine.

Lib. 1. oper. imperf. cont. Iul. f. 89.

Lib. 1. oper. imperf. cont. Iul. f. 89.

Lib. 1. oper. imperf. cont. Iul. f. 89.

Lib. 1. oper. imperf. cont. Iul. f. 89.

Lib. 1. oper. imperf. cont. Iul. f. 89.

Lib. 1. oper. imperf. cont. Iul. f. 89.

Lib. 1. oper. imperf. cont. Iul. f. 89.

Lib. 1. oper. imperf. cont. Iul. f. 89.

Lib. 1. oper. imperf. cont. Iul. f. 89.

Lib. 1. oper. imperf. cont. Iul. f. 89.

Lib. 1. oper. imperf. cont. Iul. f. 89.

De